

1410 & 24 Julij

Ex Orig. Arch. Reg. Poloniae

543.

Joannes Episcopus Pomezaniensis fide-
litatem Regi & Regno Poloniae promittit.

153

Nos frater Johannes Dei & apostolicae Sedis
Gratia Episcopus Ecclesiae Pomezaniensis nro
Capituli nri ac Subditorum nostrorum nomi-
nibus. Recognoscimus publice per presentes. Quod
illustrissimum Principem ac dominum dominum
Wladislaum Regem Poloniae, Lituaniaeque prin-
cipem Supremum & heredem Russiae &c. Provero
domino & possessore terrae Russiae tenere & habere
volumus Eidemque & Sacrae Coronae Regni Poloniae
fideliter in omnibus licitis & honestis adherere
bona fide promisimus & promittimus per pre-
sentes. Quem etiam tanquam dominum nostrum
gratiosum cui ad praestanda consilia salubria
iuramentum praestitimus corporale debitis ho-
noribus favoribus, Consiliis & auxiliis prosequi
volumus fideliter & constantem, & eum nunquam
aliquibus exquisitis coloribus deserere. Sed ipsum
ab omnibus adversitatibus sine dolo & fraude
premunire iuribus tamen libertatibus & emunimen-
tis dictae nostrae Ecclesiae in omnibus semper
salvis promittimus insuper literas presentes
confirmare, & Sigillorum nostro & Capituli nostri
appensionibus majoribus roborare. In cuius rei
testimonium Sigillum minus nostrum presen-
tibus est appensum. Datum & Actum in loco Cam-
pestri in Exeratu dicti domini nostri Regis prope

villam Aldemard. In vigilia Sancti Jacobi, Aposto-
li gloriosi. Anno Domini millesimo Quadrin-
gentesimo decimo.

Takopia przepisana z originatu par
gaminowego d 21 Grudnia Roku 1782.
Udotu na Zawiasce pargaminowej
wisi pieczę, w której Namiasia Czw
woney wycisniona Najświętza
Panna w otwarciu stojąca, Panna
Jezusa nalewym rękem trzymająca
sokota napis stary